quod significet. .xxij.

**S**pecialiter de castitate et habitu eius  
et quod significet. .xxij.

**S**pecialiter de gratia dei et statu et  
habitu eius et quod significet. .xxij.

**C**apitulum Nove uisionis. .xxij.  
Verba sapientie. .xxij.

**V**erba iusticie. .xxij.

**V**erba scientie que incepserat. .xxij.

**V**erba dexteri captus. .xxij.

**V**erba sinistri captus. .xxij.

**Q**uod filio dei incarnato. uocatio  
noui populi. munitione uirtutum;  
noua constructio exorta est. .xxij.

**Q**uod ecclesia luce humanitatis fi-  
lii dei illustrata. interiori et ex-  
teriori scientie hominum demon-  
strata. .xxij.

**Q**uod ecclesia omnem ornatum suum  
sponso suo transfinit. .xxij.

**Q**uod diuina sapientia in ecclesia  
fidei ope cor hominis perscrutari non  
potest. .xxij.

**Q**uod de ecclesia in scientia dei pro-  
prie adhuc occultatum est. et solerti  
industria doctorum ad perfectionem  
cotidie parare. non cessat. .xxij.

**Q**uod ecclesia in expugnabiliter  
circudata est septem donis sps. scilicet  
seu. .xxij.

**Q**uod ecclesiastici doctores apostolica  
doctrina florentes. unanimes  
operatione sua ecclesiam confortant. .xxij.

**Q**uod doctores ecclesie ad uiam ue-  
ritatis fide et ope perduxerunt. erran-  
tes. .xxij.

**Q**uod apostoli et sequaces eorum scilicet  
apostolici uiri unum tenorem habentes.  
sponse dei magna pietatis sollici-  
tudine prece debent. .xxij.

**V**erba salomonis ad eandem  
parabola ad eandem re. .xxij.

**Q**uod carnaliter uiuentes ad  
tendunt per seientiam potestatem dei.  
In diuersitate multimoda ingre-  
diuntur ecclesiam et egrediuntur. .xxij.

**D**e symoniacis. et de occultis di-  
uinis iudicis super eos. .xxij.

**V**erba petri apostoli de eade re. .xxij.

**Q**uod dignitas regiminis bona  
est et ad utilitatem hominum ad deo dis-  
posita. ut ipsa discant timere  
dominum cui qui resistit deo resistit. .xxij.

**D**e symoniacis qui penitent ubi  
qui non penitent. .xxij.

**Q**uod deus noue sponse dona scilicet  
spiritus ad defensionem et ad decorum  
dedit. .xxij.

**D**e sapientia et statu et habitu  
eius et quod significet. .xxij.

**D**e statu iusticie fortitudinis  
et quod significet. .xxij.

.xxij. Specialiter de fide et habitu eius et quod significet.





xxviii. Specialit de firmitudine et habitu. xi. qd sig.

et sententis et qd significet.

xxviii. Specialit de iusticia et habitu et qd significet. **S**ed qd significet. xv.

xxviii. Specialit de sententia et habitu et

**C**apitula Decime uisionis tercie partis.

Verba filii hois.

Quod homo habens scientiam boni et mali inexcusabilis est.

Admonitio ad coniugatos.

Comparatio de agro.

Quod homo non debet seruari quod sibi sciendum non est sicut in exemplis patris.

Quod nullus repente uia scientis arripit ut in suppositis exemplis uis.

Admonitio ad uirgines et continentis qualiter scientiam agredi debeant.

De interiori continentia minus ut in subiectis exemplis manifestum est.

Comparatio de thesauro.

Verba constantie.

Verba celestis desiderii.

Verba compunctionis cordis.

Verba contemptus mundi.

Verba concordie.

Quod in altitudine iusticie et fortitudine donorum spiritus sancti opera que deus in hominibus operatur solidantur.

Quod omnis actio que fide et opere in fidelibus perficitur timori domini diuina prudentia coadunatur.

Quod uolente perscrutare in bono opere filii dei regit ne cadat in errorem que humilitate sua destruxit mortem.

Quod umbra legis in nativitate et in passione filii dei sine accepto.

Quod gessit deus in ecclesia ab hominibus.

uideri et serui possunt. finura autem non nisi fide et reuerentia diuina.

Quod deus iudicat hominem aspiciens. admonet ut imitando seculi edoceat patriam petat.

De statu constantie celestis desiderii. compunctionis cordis. contemptus mundi. concordie. et quod

de habitu earundem et quod significet.

Specialit de constantia et statu eius et quod significet.

Specialit de celesti desiderio. et statu eius et quod significet.

Specialit de compunctione cordis et statu eius et quod significet.

Specialit de contemptu mundi. et statu eius et quod significet.

Specialit de concordia et statu eius et quod significet.

Quod in uigilante fortitudine fidei opus bonum explanatur. et in perfectione operis. qua deuotione quousque deum colat ostendit.

Quod per fortitudinem fidei deus antiquum serpente in profundum cuniculi confusionis deiecit.

Pagani iudei falsi christiani uera fide abnegantes in potestate dei se quamuis ab ecclesia que in alto posita est ecclesi sunt.

Verba iohannis ad eandem rem.

Quod deus ecclesiam ab omnibus partibus mundi collectam secundum quod predestinauerit ad effectum confuso diabolo producit. quod est in nouissimo die.

Capitula decime uisionis tercie partis. De quinque ferocissimis cursibus.





**T**emporalium regnorum. . . . .  
**D**e cane igneo quod significet. . . . .  
**D**e fulvo leone quod significet. . . . .  
**D**e equo pallido quod significet. . . . .  
**D**e nigro porco quod significet. . . . .  
**D**e griseo quod significet. . . . .  
**D**e colle quinq; apices habente & de . . . . .  
**Q**uinque: sumib; bestiarum quod significet.  
**V**erba iob ad eandem rem. . . . .  
**Q**uod ecclesia ad perfectionem suam fulget  
 indecore iusticie usq; ad tempus antixpi.  
**Q**uod tunc fides ecclesie quasi indubio est. . . . .  
**P**ater testimonium enoch et helie. . . . .  
**Q**uod ante finem mundi testimonio  
 eorum de sponsus ecclesie candidissi-  
 me fulgebunt de uictorio filio pdmo-  
 nis et manifesta fide ueritatis. . . . .  
**V**erba dauid ad eandem rem. . . . .  
**Q**uod ecclesia refrigerante iusticia  
 multas et diuersas passiones et p-  
 secutiones lamentabiliter sustinebit.  
**Q**uod antixpe horribili terrore fide . . . . .  
 tel dilanians fetore suum crudelita-  
 tis et insaniam mordacitatis sue hominibus  
 infundit. . . . .  
**Q**uod filius pdmonis quasi blandicus  
 non potest crudelissimis persecutionibus  
 incuruare temptabit. . . . .  
**Q**uod ecclesia in consumatione mun-  
 di nobilissimo sanguine perfunde-  
 tur usq; ad duos testes ueritatis. . . . .  
**Q**uod nos in septimo millenario su-  
 mus transactis seculis. . . . .  
**Q**ua de causa deus noua secreta &  
 multa mystica hactenus latentia  
 per non loquentem et indoctum modo lo-  
 quentem di ad doctores ne he . . . . .

sermonem spernant. s; uelut uictorio-  
 sissimum uictoriam contra filium in-  
 quitatis eleuauit. **T**empore. . . . .  
**V**erba spe ad ecclesiam de nouissimo  
 uangelium de eodem. . . . .  
**Q**uod turbato orbe quatuor de . . . . .  
 menta abluuntur et ecclesia in filiis su-  
 is implebitur ne membra de sint capti-  
 uata. . . . .  
**Q**uod cursus mundi nec in septimo . . . . .  
 numero est et post laborem sigilla  
 scripturarum apte & leniter ut in  
 hoc libro profertur et alius nume-  
 rus non est quod super est hominum sciendum non est.  
**Q**uare deus filium suum uoluit incar-  
 nari in fine temporum. . . . .  
**D**e camaxpo et matre eius. . . . .  
**Q**uod amatre magicis artibus in-  
 structus indueris creaturis uo-  
 luntate sua permissione dei exerceat  
 de potestate eius et diuersis miracu-  
 lis que facere uidetur. . . . .  
**V**erba moysi de uisione dei. . . . .  
**Q**uod quidam a diabolo decepti  
 portenta in creaturis fallaciter  
 ostendunt. s; eas malum modum trans-  
 mutare non possunt. . . . .  
**Q**ua diuerso modo antixpe su-  
 os decipiat et cur hoc illi permissum  
 de simulata morte antixpi et  
 de scriptura maledictionis qui  
 huic contra dixerit occidetur. . . . .  
**V**erba iobis. **R**eseruari sint. . . . .  
**D**e enoch et dia quere ad id tempus . . . . .  
**V**erba illorum ad filios dei. . . . .  
**D**e ueris signis illorum quibus falsa  
 antixpi abiciantur. . . . .  
**Q**uod permissione dei consumati





mercede laborum suorum consequuntur.  
 xxxviii. **Q**uod omnia membra ecclesie exsuperuolosa arrogancia antixpi tremore concutiantur. putant se posse penetrare secreta celestia. **R**edeamt.  
 xxxviiii. **Q**uod potestas dei manifesta uirtute filium perditionis admodum diaboli incensa damnatione perferat.  
 xxxix. **Q**uod infernalis fetor et nebula locum clarioris illi replebit. ut decepti  
 xl. **Q**uod filio perditionis perstrato sponsa christi candore mire pulchritudinis clarifecit. errantibus adiuua uertit ut redeant. **I**n deo.  
 xli. **Q**uod die iudicii nemo scire poterit.  
 xlii. **E**xemplum de samstone. **F**us.  
 Capitula xxii. uisionis. tunc par  
 .i. **Q**uod uinouissimo tempore mundus multis calamitatibus. ut hora mortis dissoluitur. .ii.  
**Q**uod omnes creature repente et commouentur et quequid in aere et in aqua. terra mortale est uita reddit et quod feditatis est in eis euanescent. .iii.  
**Q**uod corpora mortuorum ubicumque fuerint in uigilate corporis et secus sui resurgunt. **I**tem.  
 .iiii. **D**e signatis et non signatis resurgenti  
 .v. **Q**uod filius cui patet potestate dedit iudicium facere in forma humanitatis ad iudicium ueniet. .vi.  
**E**uangelium de eodem. .vii.  
**Q**uod signati obuia iusto iudicium non in difficultate celeriter rapiunt et opera eorum apparebunt. .viii.  
**Q**uod omnes flores dei. **I**dem patris archie. prophete. apostoli martyres. con

fessores. uirgines. et monachi. et alii propositi fulgebunt. .ix.  
**Q**uod celi interim laudes suas in silentio continent. cum filii sententia iudiciali proferret. conscientia singulorum aperta. .x.  
**D**e bonis et malis que iudicandi sunt. .xi.  
**D**e infidelibus. que iudicata ad iudicium non perueniunt. .xii.  
**Q**uod finito iudicio maxima quies et tranquillitas exortetur. .xiii.  
**Q**uod electos gloria circumstant cum magnis laudibus. recipit. sed reprobos infernus magno ululatu absorbet. .xiv.  
**E**uangelium de eodem. .xv.  
**Q**uomodo clementia et sol et luna et stelle finito iudicio. in melius mutantur. et nox non erit. .xvi.  
**V**erba iohannis de eodem. .xvii.  
**C**apitula tunc decime uisionis tunc parat.  
**S**ymphonia de sancta maria. .xviii.  
**D**e noue ordinibus supernorum spirituum. .xix.  
**D**e patriarchis et prophetis. .xx.  
**D**e apostolis. .v. De martyribus. **I**dem. .xxi.  
**D**e confessoribus. .vii. De uirginibus. .viii.  
**V**ox armonie in querulis de reuocatis ad eodem gradus. .xix. tunc. **I**n exhortatione uirtutum. et in contradictione diabolicarum artium. .xx.  
**Q**uod de ineffabili gratia sua corde et ore dei ineffabiliter laudantur. .xxi.  
**Q**uod symphonia in unanimitate et concordia proferenda est. .xxii.  
**Q**uod uerbum corpus symphonia autem spiritum et armonia diuinitate. uerbum uero humanitate.





filii designat. xvij.

**T**u.

**Q**uod psymphonia rationalitatis  
torpens anima excitat aduiglan

**Q**uod symphonia dura corda emol. xvij.


lit et humore compunctionis in  
ducat et spm sem aduocat. xv.

**Q**uod fidelis omni deuotione inces  
sant iubilare debet. **C**uias. xvi

**V**erba dauid de eade re. xvij.

**E**xplieunt capla tēie partis libri


**E**xplieunt capla libri cuias sim  
plicis hominis.











**E**GO  
HOMO  
SUMPTA.

abalus hominib. que n̄ sū digna  
nominari homo. p̄t̄ transgressio  
nē legis dī. cū deberē eē iusta et  
sim iniusta. nisi q̄d dī creatura  
sū ipsius gr̄a. que me etiā saluabit.  
vidi ad orientē. et ecce illic con  
speci uelut lapidē unū totū in  
regū. in m̄se latitudinis atq. alti  
tudinis. habentē ferreū colorē. et  
sup̄ ipsū candidā nubē. ac sup̄ eā  
positū regālē thronū rotundū.  
in quo sedebat q̄dā iuuenis luci  
dus mirabilis gl̄e. tamēq. clarita  
tis. ut nullatenus eū p̄spicere pos  
sem ut ueri. habens quasi in pectō  
re suo limū nigrū et lutulentū.  
tamē latitudinis ut alicui mag  
ni hominis pectus ē. circūdatū la  
pidib. p̄ciosis atq. margaritis. Et  
de ipso lucido sedente in throno.  
p̄tendebat magnus circulus au  
rei coloris ut aurora. cui ampli  
tudine nullom̄ cōphendere potui.  
grans ab orientē ad septentrionē.  
et ad occidentē atq. ad meridiē.  
na se reflectendo ad orientē ad  
ipsū lucidū. nec habens ullū finē.  
Et idē circulus erat etiā tamē al  
titudinis. ut eā cōphendere n̄ pos

sem. esse reddens splendore ualde  
tribuit scilicet lapida calibet. et  
ignea coloris. undiq. sedm̄ ampli  
tudine suā sur sū in altitudine celi  
et deorsū in profundū abyssi ita se  
extendente. ut nullū finē eū uidere  
posse. Vidi etiā tunc de secreto eadē  
sedentis in throno stella magnā  
multa splendoris ac decoris p̄ditē.  
cū eā plurimā multitudinē can  
dentū semillarū. que cū eadē  
stella om̄s confluentis ad austrū. in  
spiciebant ipsū sedentē in throno  
quasi alienū. seq. ab eo auertē  
tes magis inhiant ad aquilonē.  
quā eū inspicere uellent. S; statū  
in ipsa auersione inspectionis sue  
om̄s extinguit s. sic uerse in migrē  
dine carbonū. Et ecce uentus  
turbinis ortus ē ab ipsis. qui eas  
mox ab austro retro eundē se  
dentē in throno p̄icit ad aqu  
lonē p̄cipitatas in abyssū. ita ut  
earū amplius nullā uidere uale  
rē. Splendore autē illū magnū  
qui eis abstractus ē. uidi subito  
in earū extinctione reuerti ad  
ipsū sedentē in throno. Et audi  
ui eundē q̄ sedebat in throno m̄  
dicentē. Scribe que uides et  
audis. Et respondi de interiori  
scientia eadē uisionis. Rogo te  
mī dñe ut m̄ des intellectū. q̄n  
nus possi enarrabiliter p̄ferre  
hec mystica et nederelinquas  
me. s; confirma me in aurora  
tue iusticie. in qua manifestat



ē filius tuus. et da m̄ c̄ om̄ possim. et  
 qualiter debet p̄ferre diuinū consiliū.  
 q̄d in antiquo consilio ordinatū ē.  
 quom̄ eundē filiū tuū uoluisti in  
 carnari. ita ut homo sub tēpore fie  
 ret. hoc uolens ante omnē creatu  
 rā in simplicitate tua et imagine co  
 lumbe scilicet sp̄s sc̄i. ut idē filius  
 tuus quasi splendida solis forma  
 mirabilit̄ surgens. in incipiente  
 capite uirginitatis ueracit̄ indu  
 eret humanitate. s̄p̄ta hominis  
 forma p̄p̄t hominē. Et iterū audi  
 ui eū dicentē m̄. O quā pulchri s̄  
 oculi tui in diuina narratione.  
 dū ibi surgit aurora in diuino cōsi  
 lio. Et iterū respondi. de interiori  
 scientia uisionis ipsius. Ego appa  
 reo in sinu animi mei ut cinis eue  
 rret p̄cedimus. et sicut puluis in  
 stabilitatis. unde sedeo pauens in  
 umbra sicut penna. s̄. ne deas me  
 de t̄ra uiuentiū ut p̄grinū. quia  
 in magno sudore laboro in hac u  
 sione. et q̄a etiā de uilitate mei stul  
 ti sensus q̄ m̄s ē in carne. cōputo me  
 frequent̄ in unum et in uilissimū  
 locū. ita q̄d n̄ sum digna uocari  
 homo. quia ualde timeo n̄ au  
 dens dicere tua misteria. O bone ac  
 mitis pat̄. doce me q̄d tue uolun  
 tatis sit. q̄d dicere debet. O tu me  
 uende pat̄ et o tu dulcissime et  
 o tu plene om̄s gr̄e. nederelinq̄s  
 me. s̄. conserua me ut tua iudicia.  
 Et iterū audiui eundē m̄ dicentē.  
 Hunc die ut docta es. Volo ut di

cas. quāuis cinis sis. Die reuelatio  
 nē panis qui filius dī ē. quia ē  
 in igneo amore uidelicet omnē  
 mortuū suscitare in anima et cor  
 pore. et dissoluta peccata relaxa  
 re in serena claritate. ipse in eū  
 suscitacionis sc̄tatis in homine ex  
 istens. ante quā in illo exsuscitaret.  
 Unde etiā magnificus et gl̄osus ac  
 incōphensibilis d̄s dedit magnū  
 instrumentū. mittens eundē filiū  
 suū in pudicitia uirginitatis. que  
 n̄ potuit habere ulla uarietate ma  
 cularū in sua uirginitate unde ip  
 sa molliret. ibi n̄ potuit nec eē de  
 buit ulla pollutio carnis in uice  
 uirginis. q̄a uirginitas et mortifi  
 catrix mors generis humani ipsa  
 met nesciente ut in somno decepta  
 ē. q̄ndo filiū dī in magno silentio  
 uenit in aurora uidelicet in humi  
 lem puella. O mors q̄si secuta p̄ces  
 sit. nesciens uitā quā illa dulcis  
 uirgo portauit. q̄a sibi erat ab  
 sconsa cū uirginitas. Ipsa enī ur  
 go erat in paup̄culis reb. q̄a diu  
 na maiestas eā ita inuenire uolu  
 it. Hunc scribe de uera agnitio  
 ne creatoris in bonitate ipsius sic.  
**O** s̄ qui cuncta creauit et homi  
 nē ad gl̄iam illā de qua p̄dit  
 anḡls cū suis uirginitatib. p̄dictus  
 ē ordinauit. ab omni creatura  
 sua maximo honore et timore  
 uenerandus et metuendus ē. q̄a  
 iustū ē ut creatori omnium uene  
 ratio. a creatura sua exhibeat. et



d[omi]n[u]s sup[er] om[n]ia fidelissime adoret. Q[uo]d  
 & lapis iste que[m] uides certissime de  
 signat. Ipse e[st] enim ministerio magnitu  
 do timoris d[omi]ni. qui purissima inten  
 tione in cordib[us] fidelium semp[er] oriri  
 et p[er]seuerare debet. S[ed] q[uo]d cu[m] uides to  
 tum integrum et unum se latitudinis atq[ue]  
 altitudinis habentem ferreum colore[m].  
 hoc e[st] q[uo]d eade[m] firma et grandis mag  
 nitude timoris d[omi]ni firmissime te  
 nenda e[st]. quia d[omi]n[u]s metuendus e[st] ab  
 om[n]i creatura unvota integritate ut  
 cognoscat unus et uerus d[omi]n[u]s e[ss]e. cu[m]  
 nullus p[ro]ter eum e[st] nec similis illi. in q[ui]  
 e[st] unum se latitudo. quo incop[re]hensibi  
 lis e[st] in om[n]ib[us] et sup[er] om[n]ia et altitudo.  
 cu[m] se[m]p[er] diuinitate[m] nullus cop[re]hen  
 dere nec ad ea[m] p[ro]tingere cu[m] altitudi  
 ne sui sensus potest. quia ipsa e[st]  
 sup[er] om[n]ia. Q[uo]d aut[em] e[st] similitudinis  
 ferri coloris. hoc e[st] q[uo]d onerosu[m] et  
 duru[m] e[st] humanis membris. d[omi]n[u]m time  
 re illud ualde graue existens mol  
 ueia fragilis cineris. q[ui]a humana  
 creatura ipsi rebellis e[st]. **S**up[er] lapi  
 de uero ipsu[m] candida nubes. clara  
 sapientia humane m[en]tis e[st]. ac sup[er]  
 ea[m] positus regalis thronus rotun  
 dus e[st] foris et principalis fides. cir  
 cuens in xp[isto] p[ro]p[ri]o. cui d[omi]n[u]s fide  
 liter conscius e[st]. quia ubi timor  
 d[omi]ni radicat. ibi etia[m] sapientia hu  
 mane m[en]tis sup[er] apparebit. et de  
 inde d[omi]no adiuuante fides sup[er] hanc  
 imponet. in qua ipse d[omi]n[u]s sibi requie[m]  
 parat. Cu[m] enim d[omi]n[u]s timeat p[ro] sapientia[m]  
 humane m[en]tis in fide intelligitur.

quia cu[m] his tangendus e[st] ut sedes tan  
 git d[omi]n[u]m suu[m]. Et tunc in his d[omi]n[u]s parat  
 sibi sede[m] existens sumus sup[er] om[n]ia. q[ui]a  
 neq[ue] potestate neq[ue] d[omi]natione cop[re]  
 hendi potest. s[ed] residet in uinea et  
 pura fide quo unus e[st] qui credendus  
 e[st] d[omi]n[u]s sup[er] om[n]ia. **V**nde sedens in thro  
 no uiuens lucidus. mirabilis gl[ori]e tan  
 req[ue] claritatis ut nullaten[us] cu[m] p[ro]spicue  
 possit intueri. habens quasi in pecto  
 re suo lum[en] m[er]itu[m] et luculentu[m]. tan  
 te latitudinis. ut alicuius magni  
 ho[m]inis pectus e[st] circūdatu[m] lapidib[us].  
 p[re]ciosis atq[ue] margaritis. est sup[er] om[n]ia  
 regnans uiuus d[omi]n[u]s. lucens in bona  
 te et mirabilis in opib[us] suis. cui in  
 mensa claritate in p[ro]funditate mi  
 sterii sui nullus hominu[m] p[ro]fecte po  
 test intueri nisi in q[ui]nta fide cop[re]  
 hendit. atq[ue] portat. sicut sedes con  
 tincta accircūdat d[omi]n[u]m suu[m]. Que  
 ut illi subiecta e[st] ita q[uo]d nec se ele  
 uare possit contra d[omi]n[u]m suu[m]. sic fi  
 des n[on] desiderat superbe asp[er]ere in  
 d[omi]n[u]m. s[ed] tantu[m] in uia deuotione tan  
 git eum. **E**t q[ui]si in pectore suo idē  
 in sapientia misterii sui habet p[ro]  
 amore filii sui infirmu[m] et debile[m]  
 ac paup[er]e[m] lum[en]q[ue] homo e[st] m[er]itu[m]  
 in m[er]itu[m] peccator[um] et luculen  
 tu[m] in pollutione carnis & latu[m]  
 sedm[odum] similitudine[m] pectoris ho[m]inis.  
 q[uo]d e[st] dilatatio p[ro]funde et magne  
 sapientie in qua ipse d[omi]n[u]s creauit  
 homine[m]. illos respiciens qui s[un]t in  
 saluatione anime p[ro] penitentia.  
 in qualicūq[ue] crimine contra d[omi]n[u]m





141  
sunt in sua debilitate calcitrantes  
quia tam ad eum perueniunt. Hi sunt circum  
dam cum pluribus ornamentis illorum qui  
inter eos surgunt ut lapides preciosi  
in magnis personisque sunt martyres ac  
uirgines sanctas et ut margarite  
que sunt innocentes et penitentes filii  
redemptionis. cum quibus idem ualde  
ornatus est dum in humano corpore  
fulgent tante uirtutis que in deo  
sunt fulgentes in omni claritate. Nam que  
constituit spiraculum et uitam homi  
num ille inspicit semetipsum. Quomodo  
scilicet cum redemptione dum presentant  
in sua predestinatione filium suum in car  
nari. ita quod in eius corpore deberet  
abstergi omnis maculosa uarietas  
criminum. Et sic uidet etiam animas  
que iustificabuntur post multiplicam  
tionem superfluum peccatorum. dum adhuc  
in corporibus suis sunt et que consue  
runt iniusticia dei ambulare post  
diuersitate errorum suorum qualiter con  
sistant in deo. ac qualiter desistant de  
multa obliuione et quomodo reuer  
tantur de uno quoque uicio cum quo  
sunt uulnerate immortalibus ubi ceci  
derunt in peccatis. sicut sunt inspec  
tantes quod multi populi surrexerunt  
de errantibus. uis in quibus ambula  
bant pleni uulneribus. in plagis pes  
simis. restaurati de morte fedita  
tis criminum. sicut etiam multi ueni  
unt qui in amaritudine acerbis  
doloris peccati tam graui sunt uulne  
rati. quod ipsi etiam in consuetudine  
malorum morum in quibus supra modum

peccauerunt sunt ita rediosi. quod non pos  
sunt amplius spirare in fluctibus. ad  
operandum mortiferum opus. in aduiter  
rio et homicidio. et superfluitate om  
nium malorum. **O** miserum nunc ueniunt  
ipsi quasi peregrini de longinqua  
regione. sicut scriptura habet in  
euglio ubi adolescentior filius dixit.  
surgam et ibo ad patrem meum et dicam  
illi. pater peccaui incesum et coram te.  
iam non sum dignus uocari filius. fac me  
sicut unum ex mercenariis tuis.  
Hoc tale est. Homo qui de lapsu pec  
catorum. per admonitionem spiritus sancti reuer  
tatur in se. dicit. uolo surgere de  
importabilibus peccatis que ame  
nullatenus sunt sustinenda de graui  
culpa. et reuertar in recordatione  
mea. plangens ac merens peccata  
mea. sic ueniens ad patrem meum. quod  
pater meus est quem creauit me. et di  
cit illi. pater peccaui incesum. idem in  
celesti opere quod ego sum. qui me for  
masti in uoluntate tua. me sic  
tangendo in creatura hac. quod ego  
etiam celestis debui esse in actibus. meis. et  
feci me contractum cum turpissimis opi  
bus peccatis. etiam coram te. quia huma  
na natura destrui in me. Quomodo.  
In multis abominationibus. in deo sum  
et ego reus in mea peccatione et in tua  
maiestate. et non sum dignus nominari  
filius tuus. quia propter nequicia cor  
dis mei creatura tua in me dixi in  
alium modum. quam arte constitutus sum.  
S. nunc fac in ut tuo redemptio ser  
uo cum mercede sanguinis filii tui. quod



ipsū dedisti in tantā mercede quā  
mors nūquā rependeret potuit ul-  
la re compensatione. s; dimittit pec-  
catoris ppenitentiā. que in passio-  
ne eīde filii tui orta ē. q̄a rectā he-  
reditatē filioꝝ amisi in adā. qui cre-  
atus filius iniusticia destitū ē glā  
felicitanis. Nunc autē debet peni-  
tentia redimere hominis peccata.  
cū sanguine filii tui. Istud ē dicen-  
dū illis q̄ mirant casū adē. et post  
hoc reuertunt ppenitentiā. sic pun-  
gentes ad saluationē. et memores s;  
quod multas causas audierūt que  
descripturis s; narrande et de cru-  
ciatu & de sanguine redemptoris eoz.  
et recordant gemitus q̄d transgres-  
si s; cū audiat q̄d cū studio debuerūt  
p̄cepte uidelicet quomodo seruarent  
uerbū dī. cū ipsi negligenter legē  
eius que eis erat instituta ad custodi-  
endū inconstitumē p̄ceptū. recu-  
santes inspicere q̄d deberent facere  
uel q̄d deberent facere uel q̄d debe-  
rent dimittere p̄pt̄ timorē dñi.  
qui tam ueniunt ad ueritatē re-  
cordantes ea que audierūt uel sei-  
uerūt adō quāuis prius ita cecati  
essent. q̄d omnino nolebant sentire  
iusticiā ipsius. ut se ad hoc quicquid  
declinarent. q̄d ipsā p̄ponerent  
peccatis suis. cū spernerent eā. et cū  
reuerent retro uerbū dī. respuen-  
tes legē eī. Multi de istis erūt sup̄ ha-  
bundantes in bonis. ita ut nec faci-  
entur nec eis sufficiat epulari in  
domo dī celebrando diuinū offi-

cū. et opando iusticiā eī sup̄ habun-  
dantur. ita q̄d semp̄ s; fletus et me-  
mores indolorib; maloz que fecerūt  
in ante actis reb; dū colebant illicita  
opa. transcurrentes uerba legis dī. **I**stud .vi.  
ē iustus iustus. que uidet in pectore  
p̄i patris. Quomodo. filio dī qui de  
corde patris exiit. ueniens in mun-  
dū. adē credens p̄pt̄. adherens ipsi  
hac intentione qua credit in eū. Cer-  
te p̄pt̄. sic etiā isti apparent in  
pectore p̄i patris. ut n̄ sp̄nat angls  
nec ulla creatura hominē qui summi  
dī filius incarnatus habet formā  
hominis in semetipso. quō beatus  
angelicus chorus indignū habe-  
ret hominē. p̄pt̄ magnā fednitatē  
uiciorū in peccatis eī. cū ipsi sup̄ni  
angeli inuolabiles sint. ulla disp-  
sione iniusticie. nisi q̄d acutissime  
uident faciē patris. Et q̄d amat̄ apa-  
tre. hoc etiā amant ipsi in filio. Quomō.  
Scilicet q̄d idē dī filius natus ē hō.  
Nā ego pat̄ eundē filiū meū exuir-  
gine natū posui in saluationē et in  
restauracionē hōis. ut dicit esayas  
p̄p̄ha seruus m̄s. **S**icut pastor .vii.  
gregē suū pascat in brachio suo  
congregabit agnos. et in sinu suo  
leuabit. scias ipse portabit. Hoc  
tale ē. Sicut pastor gregē suū pas-  
cat. sic pascat filius m̄s pastor bonū  
redemptū gregē suū. Quomō. Ipse pas-  
cat eū sua lege. quā ipsemet p̄me  
plantauit. Vnde etiā in sua ceteri-  
sa potestatis ut in brachio suo. scili-  
cet q̄d idē filius m̄s ē homo. congregat



gabit innocentes agnos de culpa  
 ade pinnocentia baptismi cu eis ex  
 uniu uentris homo cu opib. suis. et in  
 loge sua in sinu suu. Quomodo. i. i. de  
 licet qd leuat eos sup ecclesia. edox.  
 talim qd fiunt mbra ei. Qua ppter  
 sic in uentri secro dicitis appa  
 ret homo in forma sua. qd nec an  
 gli faciunt nec ulla alia creatura.  
 quia ide unigenitus ms ppter re  
 deptione humani generis in uirgi  
 na carne forma assupit hois. Ip  
 se portabit etia has fctas in corde  
 suo. Quom. Ipse filius ms portat ho  
 mines in sanguine suo. sic qd salui  
 facti s p quinq. uulnera ei. qd qd  
 euq. peccauerint p quinq. sensus  
 suos. hoc absterget p sumā iusticiā  
 post penitentia. quo ipsemet eos  
 ita portauit qd incarnatus ē. et  
 qd passus ē uulnera meruere. et qd  
 mortuus et sepultus ē. et qd amor  
 tuus resurrexit. Ipse portauit etia  
 eis manū suā. cu eos retraxit ad se.  
 Quom. Scilicet qd ide filius ms as  
 supsit humanitate pillis. qui pu  
 tabant se pditos et ppter casū ade.  
 Ide unigenitus ms uicit etia mor  
 te. sic qd n potuit amplius dnari  
 sup eos. vnde et ipse nouit eos ita  
 in uirtute claritatis sue. ut uentri  
 ri s in purgatione penitentiae. Qd  
 autē eos uidet in sinu patris appa  
 rere. hoc ē qd filius hominis pficit  
 tur cu membris suis in secro pa  
 tris. Quom. Cu eni mundus cople  
 bit. tunc electi etia xpi qui mbra

ipsius s. pficiunt. O qua pulcher  
 ille fili ē. ut psalmista dicit. viij.  
**S**peciosus forma p filius homi  
 ni. Hoc tale ē. Pulcherrima  
 pulchritudo fulget in eo clarissi  
 me forme. sine ulla macula pecca  
 ti. et absq. liquore humani fetu  
 ris. et sine ulla concupiscentia fac  
 tu opis in desideris peccatorū. que  
 exigit caro humane infirmitatis.  
 Hoc nūquā tetigit hunc hominē.  
 Et eade forma filii hominis nata  
 ē in simplicitate p alus hominib.  
 ita qd illa uirgo genuit eundē  
 natū suū in ignorantia peccati.  
 se nesciens in crūna habere filiū.  
 Quom. Quo n sensit ullū contactū  
 opus in peccatis. ido ignorabat se  
 habere dolorē in partu. s. ut in  
 ea corporis sui integritas gaude  
 bat. O qua speciosa forma. S. noui  
 sit hominib. qd ibi carnalis pul  
 chritudo maior n erat nisi ut or  
 dinatio p funde sapientie consti  
 tuit formā hois. qd pater et filius  
 et sps scs unus d. s. in trib. psonis. n  
 delectat in pulchritudine carnis.  
 s. in magna humilitate. ut ide fi  
 lius di se induit humanitate. In  
 forma autē ei dē filii hois n erat  
 ulla maculositas. ut aliquādo dis  
 fundit homo molesta facie indi  
 uersitate corporū. qd ē in iudicio  
 di. scilicet cu mbra hois diuisa s  
 n recte ordinata ut debiliū. qd  
 n ē sedm naturā formationis in  
 corpore hois s. sedm iudiciū di.



Et foras quidē natura existit inrecta  
formatione infirma autē defluit in  
diuersitate formationis contrarie  
forme. qđ n̄ erat opus huic homini  
filio meo. S; in quā magna diuersi  
tate sunt hoīes in suis m̄bris ita qđ  
ipsi s̄ nigri. fedī. polluti. leprosi. idro  
pici et pleni uicis. habentes etiā ru  
biginē malefici in suasionē diabo  
lice arūs. et insipientes. et duri uide  
re bona dñi. et accusandi atq; cul  
pandi de mul. ta obliuione. qđ  
iusticiā debuerūt opari et  
opari. malu. ac dimittunt. bo  
nū. despicientes crucē et martiriū  
dñi sui. d̄s pat̄ inspicit tam ininten  
tione sue bonitatis factū opus de  
limo. sicut pat̄ respicit ad filios su  
os dū eos eleuat in sinū suū. Et quo  
ipse d̄s ē. habet patris dilectionē  
ad filios suos. Tali m̄ ē enī sibi interi  
or dilectio cordis ad homines. qđ  
filii suū misit ad crucē. quasi agnū  
mansuetū qui portat ad uictimā  
occidendus. ita qđ idē filiū reporta  
uit p̄ dñā ouē quā tulit sup hume  
rū suū assūpta humanitate. in mag  
nis eā portans dolorib; cū dignat  
est mori p̄ uicib; suis. In eisdē autē  
hominib; s̄ multi circūdati cū or  
namentis. qui decorati s̄ p̄ioso orna  
tu uirtutū. qui s̄ martyres. uirgi  
nes. innocentes. et penitentes. ac sub  
iecti magistris suis ut p̄dictū est.  
et qui sibi ipsi. consen s̄ in crimi  
nib; suis. in his se cruciantes cū in  
cepugnabili certamine. dū negax

in semetipsis qđ s̄. Ibi n̄ ē dicendū  
qui s̄ uel ubi s̄ de th. nā om̄s cōpu  
tan s̄. Quis ē cui possibile sit uidere  
in profunda sapientiā atq; cōp  
indiscretionē scientie ei. quid ipse  
habeat in numero numerato. In cō  
p̄hensibilia s̄ iudicia ei om̄ib; homi  
nib;. Vobis currendū ē. qđ paratū ē  
uobis regnū dī. Nā sedm̄ studiu si  
deliū opantiū iusticiā dī qui s̄ ab  
lum in baptismo cognitaq; infide  
talis etiā merces erit eorū. **Q**uod au  
tē uidet qđ de sedente ut bronno  
p̄tendit magnus circulus auri  
coloris ut aurora. cui amplitudi  
nē nullom̄ cōp̄hendere potest. hoc  
est qđ ab omnipotentē patre exten  
ditur fortissima potestas. et firmis  
simū opus ei. om̄ia cōp̄hendens in  
potestate ipsius cū qua ē opans in  
filio suo. quē semp̄ in maiestate di  
uinitatis apud se habuit. p̄ eū or  
dinans ac p̄ficiens om̄ia opa sua an  
te mundū. et immundo ab initio.  
qui p̄leberimi fulgoris uelut  
aurora rubet. quia idē filius in sa  
pientissima uirgine qm̄ aurora  
significat incarnatus ē in spiratio  
ne digni dī. qui sp̄s s̄s ē. in quo etiā  
factū ē om̄e opus patris. Hui' gl̄e  
circulū nulla ratione cōp̄hendere  
ualet. qđ nec ipsius potestati nec opi  
ulla ē m̄sura ullius bonitatis uel  
potestatis ad illā mensurā que sit  
uel fuerit uel fieri debeat in ulla  
creatura. nisi qđ d̄s ē inestimabi  
lis et incōp̄hensibilis in potestate.

s. vms.

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s

s



:x.

sua et inuidus ac mirabilis in ope suo. Et idē circulus girans ab oriente ad septentrionē et ad occidentē atq; ad meridiē se reflectendo ad orientē ad ipsū sedentē in throno nec habens ullū finē. hoc ē qđ potestas ac opus dī circueunt cōphendendo omnē creaturā. Quo modo. In uoluntate patris qui cū filio et spū scō dī unus ē ortē s̄ om̄s creature. que om̄s sciunt eū in potestate. Quomodo. Om̄s s̄ cū in certatione sentientes. scilicet girantē ab oriente qđ ē in ortu oīs iusticie. et tendentē ad septentrionē in confusionē diaboli. et ad occidentē ubi tenebre mortis luce uite uolunt opprimere luce tam̄ n̄rū resurgente de uicta tenebrarū caligine. et ad meridiē ubi ardens ardor ē iusticie dī in cordib; fideiū. sic se recuruando ad ortū iusticie quasi ad orientē. Quid ē hoc. Dū p̄sumā potestātē opus dī sedm̄ p̄ordinatū ad ō tēpus cōpletū fuerit in hominib; in mundo. tunc etiā implebit̄ circuitus eiđe mundi p̄fectus in fine tēporis cū nouissimo die. et resurget̄ in sedentē in throno om̄a opa sua in dehis ei n̄ habentē finē. quia dī in regē ē in potestate ac in ope suo. qui erat et ē et p̄manebit absq; ulla inceptuone ulli tēporis indimitate. ita qđ n̄ fuerit sed est.

:xj.

**E**t qđ idē circulus ē aīra tante altitudinis ut eā cōphendere

n̄ possis. hoc ē qđ sup̄na potestas ita exalta ē sup̄ om̄s uitas creaturarū in sensu et intellectu hoīs et ita in cōphensibilis in om̄ib; et sup̄ om̄a. qđ nulla creatura eā poterit finire ullo capaci sensu. nisi ipsa sit multo altior quā ei sciendū sit. Unde etiā angli frequentē sonant dīm in laudib;. Ipsi etiā uident eū in sua potestate et glā. s; n̄ possunt eū p̄fete uiuere quasi ad finē. nec unquā ualent saturari tā magnitudine quā pulchritudine ei. **Q**uod autē ex se reddit splendorē ualde terribile scilicet lapida calibei et ignea coloris. hoc ē qđ diuina potestas ex se demonstrat uirtutē in magna seueritate contra dissimilitatē et inpenitentē ac inpunitā iniquitatē formidabile. et uclit calibē. qđ dī ē p̄spicua iusticia que n̄ habet ullā iusticiā cedentis molliciei quom̄ puluis. ut dicit hoc iniustū iustū ē. qđ dō n̄ placet. s; ipse ē illa iusticia que quasi calibe confirmauit omnē reliquā iusticiā. que multo fragilior ē iusticia ipsius. quā ferrū calibe sit. et etiā quasi ignē. qđ ipse ē iudicialis ignis cōburans peccatū in omni iniusticia que se nūquā declinare uolunt ad illū querens midiam ei. Et etiā dī quasi lapis in homine. quō ipse ē uerus et iustus absq; ulla mutatione. qđ ut lapis in mollicie n̄ potest conueri. ita n̄ habet ille ulla mutationē. et ē



uelut calib; scilicet in p;picuitate  
 p;transiens omnia absq; ulla mutatio  
 ne ullius t;poris. q;ia ipse e; d; sup  
 omnia. existens ena; q;si ignis. quo in  
 flamat et incendit & illuminat  
 omnia absq; uicissitudine p;bat t;e  
 poris innouate quia ipse d; est.  
**S**ed q; idem splendor undiq; sedm. xiiij.  
 amplitudine sua sursum in alti  
 tudine celi et deorsu in profundu  
 abyssi ita se extendit. ut nullu fi  
 ne ei uidere possit. hoc e; q; uirtus  
 potestatis ac p;peris di et iusticia  
 atq; rectissimu iudiciu ei ubiq; in  
 incophensibilitate sua nec in supio  
 rib; celi nec in inferiorib; abyssi  
 ullu fine habet. qui cophendi pos  
 sit humano sensu. **V**ides ena; xiiij.  
 de secreto eide; sedentis in throno  
 stella magna in multa splendoris ac  
 decoris p;dire. & cu ea plurimam  
 multitudinem candentiu semilla  
 ru. quia p;cepto omip;is patris lu  
 cifer ang; qui ne e; satanas. in  
 ortu suo magna gla ornatus. et  
 multa claritate ac decore uestit;  
 p;dit. et cu eo omis semille sui  
 agminis. tunc candentes in lu  
 cis fulgore ne aut; extinguit in  
 caliginis tenebrositate. Qui p;u  
 admalu n; aspexit in me integru.  
 s; estimabat confidens in se ipsu  
 posse incipere q; uellet et p;ficere  
 q; inciperet. Unde q; sedent in  
 throno debebat honoris q;ia  
 p;u creatus e;. hoc retrorsit in  
 se ipsu. atq; cu hoc declinabat

se ad malu. Quod uero cu eade; stella  
 omis confluentes ad austru in spicie  
 bant ipsu sedent; in throno quasi  
 alienu. scq; ab eo auertentes magis  
 inhiabant ad aquilonē. qua cu in  
 spicere uellent. hoc e; q; idem luci  
 fer omisq; conuatus illi mirabiliter  
 creatus in ardente bono di constitut.  
 quasi p;obliquu in supbia iudicet  
 dedignans regnante in celo. quia  
 ipsi omis ortu in creatone ab initio  
 gustauerunt impietate que ad p;ditio  
 ne se uertit. dm inspicientes n; sic q; d  
 eu scire uellent in bonitate. s; q; d se  
 sup eu uelut sup alienu uellent ele  
 uare. cu flagrante scilicet elatione  
 se a cognatione ei auertentes. et plus  
 tendentes ad casu suu. qm dm in  
 gla sua cognoscere desiderarent.  
 S; q; d statim in ipsa auersione in  
 spectionis sue omis extinguit s; sic uer  
 se in igne carbonu. hoc e; du  
 dm superbe dedignarent scire. ipse  
 lucifer cu omib; sequentib; se in ma  
 licia sua extinguit e; a fulgore clar  
 splendoris cu quo p;diuina potē  
 cia indutus erat. decipens in se  
 ipso ueritorem pulcritudine qua  
 debuit conseruis et ab bonu. et se  
 porrigens ad deglucentē se im  
 pietate. ita extinguit e; in eterna cla  
 ritate cadens in eterna p;ditione. Unde  
 omis uersi s; in igne carbonu. quia cu duce suo  
 scilicet diabolo cetera claritate  
 sui splendoris. sic extinguit s; in  
 p;ditione tenebrositate. carentes





omni glā beatitudinis. ut carbo  
 ab igne suo ignee semille. Qd autē  
 uentus turbans ortus ē ab ipsis q̄  
 cas mox ab austro retro eundē se  
 dentē in trono p̄ceat ad aquilo  
 nē p̄cipitatis in abyssū. ita ut ca  
 rū amplius nullā uidere ualens.  
 hoc ē qd maximus status impie  
 tatis erexit se in istis anglis iniqua  
 tis cū dō uellent p̄ualere & cū p̄  
 supbiā obprimere. q̄ se sufflauit  
 in amarissimā nigredinē p̄dicio  
 nis. et eos de austro idē de bono  
 p̄ceat retrorsū. qd ē in obliuionē  
 di cuncta regnis q̄si ad p̄tē aq̄  
 lo. nare. ut ubi supbe exaltari uole  
 bant. ibi confusi casū inuenerunt.  
 p̄p̄tē supbiā suā p̄cipitatis in abyssū  
 morus tūc que p̄dicio ipsorū ē. ita  
 ut in nulla claritate amplius uide  
 antur. ite p̄seruū meū chechielē  
 salui meridiano q̄ardentē fructū  
 iusticie ferre debuit & n̄ attulit  
 locutus sū dicens. **E**cce ego suc  
 cenda uite ignē. & cōburā uite  
 omne lignū uiride & omne lignū  
 aridū. Non extinguet flāma suc  
 censionis. & cōburet in ea omnis fa  
 cies ab austro usq; ad aquilonē. Et  
 uidebit omnis caro q̄a ego dñs suc  
 cendi eā. nec extinguetur. Hoc ta  
 le ē. Ostendit qui in supbia tua te  
 crexisti contra me. ego qui nec ini  
 tiū nec finē habeo. faciā ut in helo  
 meo accendat uite ignis indignati  
 omis mee p̄que cōburā uite om  
 nē uiriditate illā quā uoluisti

incipere in falsa uiriditate magis  
 confidens uite quā in me. quia ar  
 ripuisti in tua insana scientia tē  
 sedm supbiā tuā. cōburāq; uite  
 omnē ariditate illā p̄dicio. cum  
 peccatū in bono aridū. suggeris  
 homini qui cinis ē. q̄a suggestio  
 tua n̄ recipiet uite ulla saluatio  
 nē. s; fiet uite ignis cōtus. Nec ē ul  
 la remuneratio salutis tibi. nec il  
 us qui te sequunt in exemplo tuo.  
 Et n̄ extinguet illa succensio pena  
 rū in supplicis suis. s; cōburet p̄ci  
 pitē supbiā. quasi in facie deside  
 rabilis aspectus honoris. que aspect  
 isti uelle habere in te in ipso. q̄  
 cecidit & ab omni glā tua. ab au  
 stro scilicet surgens in ardente  
 clarissima luce & cadens in tene  
 bras aquilonis. idē inferni. Et  
 hoc uidebit omnis homo. uidebi  
 cet dech et repbi cognoscentes ge  
 hennā. quō dech eā cognoscent.  
 quia ipsa effugerit. repbi autē  
 quō eā in penis p̄manebunt.  
 scientes q̄a ego dñs om̄ps succendi  
 eā. ad retributionē malorū tuorū di  
 abole. nec extinguet malis tuis  
 nec sequentiū te. Et sic p̄dicio dia  
 bolice supbie p̄ceat eundē sata  
 nam & anglōs q̄ in exteriorē tene  
 bras tūorū tormitōrū sine ulla con  
 solatione luminis. ita ut illi nul  
 lus sit locus inuentus in cōno lu  
 mine. ut et tu o fragilis homo ex  
 ultra nihil conspiceret potuisti.  
 sicut etiā idē chechiel in spū meo

.rv.





regi tui submisit significacione  
dicit. Omnis qui uiderunt te in gen-  
tibus. opstupescunt super te. Nichil  
factus es. et non eris in perpetuum. Hoc ta-  
le est. Omnes recti corde qui uiderunt te  
diabole inebriatum uicis in illis  
gentibus. qui te amplectantur in pua-  
ricatione legis dei. ardescunt obstu-  
pescunt in tua sordide quomodo pollu-  
tus suggestione tua templum in adif-  
ficacione dei. quod hoc est. Et propterea  
nichil factus es pro superbia tua in qua  
cecidisti ab omni gloria saluationis.  
quia non omnino ullus uigor est in ulla  
felicitate. et non eris in uentus ulla  
gloriam amplius habens in eternitate  
celestium. quia tu confusus es in illis in  
perpetuum sine fine. Sed quod splen-  
dor illi magni qui est abstractus  
est uidisti subito in carum ex unione  
ne reuera ad ipsum sedentem in trono.  
hoc est quod perspicuus et magnus ful-  
gor quem diabolus propter superbia et  
contumaciam suam perdidit. cum ipsum  
et omnes sequaces eius uniuersum germinem  
moras quo idem lucifer purioris  
erat luminis quam ceteri angeli re-  
uersus est ad deum patrem seruatus  
in secreto eius. quia gloria splendoris il-  
lius non debuit esse uacua sed deus serua-  
uit eam alteri facte luci. Nam quem  
deus nudum surgere iussit. atque non co-  
optum carne qui diabolus est cum om-  
ni comitatu suo. tam in splen-  
dore clarum illius splendorem ser-  
uauit limo quem formauit homi-  
nem. regens ipsum uilissima natu-

ra tunc. propterea ne se extolleret in si-  
militudinem dei. quia quem clarum creauit  
auerat in multo fulgore sed non coop-  
tum tam fragili et tam misera forma ut  
est homo. hic non potuit stare in elatio-  
ne sua. quia non est nisi uisus deus sine initio  
et sine fine in eternitate. Ac ideo se ele-  
uatum est peccatis criminibus.  
qui se deo simulat. Nunc autem ego  
deus celestis seruaui illustre lumen  
quod scissit a diabolo propter malum  
eius. hoc diligenter abscondens  
apud me. et dedi illud limo tunc.  
quem formauit ad imaginem et si-  
militudinem meam. sicut aliquis  
homo facit cum filio eius mortem. cui non  
adheret hereditas inanis ipsius  
quia non habet filios hereditatis.  
eandem hereditatem adtrahit sibi  
patrem et componit eam in matrem sua alii  
filio suo non dum sibi nato. dant eam  
illi cum natus fuerit ex ipso.

**N**am diabolus cecidit absque  
herede quod est in recta intentione  
bonum opus. quia nunquam aliquid  
bonum facit nec inceptum. et ab hoc  
accepit alius hereditatem ipsius.  
qui etiam cecidit. habens tamen  
herede scilicet in conceptione obedi-  
entiae. quo eam suscepit cum deuotio-  
ne. quam uis opus ad hoc punctum  
non proficeret. sed gloria dei proficit idem opus  
in incarnatione saluatoris po-  
puli in restaurationem bone he-  
reditatis. Atque ideo recepit homo  
hereditatem suam in christo. quia non  
dedignatus est in initio perpetui



pceptū dī cū omīno diabolus n̄ de  
siderant: seruum creatoris sui in bo  
no s̄: honorē in supbia: unde n̄ rec  
pit glām suā s̄: p̄t̄ impd̄mone. xviii.

**S**icut goliath surrexit adde  
spectū dauid: ita crexit se diabo  
lus in p̄sup̄tione in se nec ipso uolens  
similis ē at̄tissimo. Et ut idē goliath  
in seuis uirū dauid cū prorsus p̄  
nichilo cōputans uilipendit: sic  
constructa supbia diaboli cont̄p̄  
sit humilitatē in humanitate filii  
dī: qui in mundo natus n̄ glām  
suā s̄: glām patris p̄ om̄a quesuit.  
Quomodo. Diabolus n̄ desiderat  
tangere hoc exemplū: quatinus  
se subderet suo creatori: ut se filiū  
dī subdidit suo patri. At tamē da  
uid amputauit caput goliath  
in secreta fortitudine dī: ut spū sc̄o  
inspirante scriptū ē. Assumens au  
tē dauid caput philisti at̄tulit  
illud in ierlm̄ arma uero ei<sup>9</sup> posuit  
in tabernaculo suo. Hoc tale est.  
Spolia et dirptiones diaboli ac  
cepit fortissim<sup>9</sup> filius m̄s: cū deie  
cit caput ei<sup>9</sup> serpētis am̄a qui  
ubi<sup>9</sup>. In uero uirginis que hoc  
caput contriuit. Per que. P̄ eundē  
filii suū. Que ē hec contricio. Sc̄a  
humilitas: que in matre & filio  
apparetis: peussit primū in ciū  
supbie: q̄d ē caput diaboli. Et sic  
ipse filius m̄s at̄tulit eū humilitate  
in suo corpore idē caput in sc̄am  
exclām: que ē uisio pacis: q̄a osten  
dens p̄ eundē fortissimā humilita

tē: q̄d m̄fecta ē supbia diaboli.  
fortissima uero arma ipsius s̄ obice  
ta ei<sup>9</sup> uicia cū quib; ille sup̄auit gen<sup>9</sup>  
humanū: q̄d cū coluit p̄ dō: ipse il  
lud ex̄t̄us in uicis suis: ut arma  
ex̄t̄ent homines. Hec confregit fi  
lius m̄s: ponens ea in tabernaculo  
suo idē in passionē corporis sui:  
dū patret̄ in cruce. Unde ipsā pug  
nā dimisit etiā in tabernaculis:  
scilicet in corporib; cl̄ct̄orū m̄broꝝ  
suorū: ut et ipsi distribuant arma  
diaboli cū ipso. Quom̄. It̄ sicut ip  
se deuicit diabolu in passione sua:  
sic et ipsi eū deuincant se constrin  
gentes in desideris suis: et n̄ sunt  
consentientes uicis illi<sup>9</sup>. Et sc̄dm si  
multitudinē hanc: ut glā goliath  
data ē dauid: ita glām que abla  
ta ē primo angelo dedi ad e<sup>9</sup> et ge  
neri ei<sup>9</sup> q̄d confitēt̄ me seruans  
p̄cepta mea: in cr̄pta supbia di  
aboli. Qui autē acutas aures in  
terioris intellectus habet hic in  
ardente amore speculi mei ad  
uerba hec anbelet: et ea in consci  
entia animi sui conscribat.



utra ambitū circuli qui p̄t̄nde  
batur de eodē sedente in throno  
*Salua uisio sede pacis;*





quasi montē magnū coniunctū ra  
 dici illius in mōsi lapidis sup quē cū  
 nube thronus eidē sedentis positus  
 erat: ita qd idē lapis in altitudinem  
 erectus: et qd idē mons in latitudinē  
 extensus videbat. Et sup ipsū montē  
 stabat uelut qdda edificū quadran  
 gulu. ad similitudinē urbis qua  
 drangule factū. aliq̄mūluq. in ob  
 liquū positū: ita qd ei angulus un<sup>us</sup>  
 respiciebat ad orientē: & unus ad  
 septentrionē et alius ad meridie. Idē  
 autē edificū in circuitu suo murū  
 unū duorū generū habebat: quorū  
 genus unū erat quasi splendor lu  
 cidus ut lux dici ē et alterū quasi  
 compaginatio lapidū adinuicē  
 coniuncta in angulo orientali et  
 in angulo septentrionali: ita ut  
 illa lucida pars muri p̄tenderet  
 ab angulo orientali et finiret in  
 angulo septentrionali. tota inte  
 gra et n̄ habens ullū locū int̄ruptū.  
 Et illa alia scilicet lapidea pars  
 extenderet ab angulo septentrio  
 nali ad angulū occidentālē et ad  
 angulū meridianū. et finiret in  
 angulo orientali: habens duo loca  
 int̄rupta. inter angulū uidelicet  
 occidentālē et angulū meridianū.  
 Longitudo autē eidē edificū erat.  
 centū cubitorū: et latitudo ei quinqua  
 ginta cubitorū: & altitudo ipsius  
 quinquaginta cubitorū: et altitu  
 do ipsius quinque cubitorū: ita ut ei  
 duo parietes in utroq. latere ipsius  
 essent unū longitudinis: et alii ip

sus duo parietes in fronte et in fine  
 ei unus latitudinis: & eidē quatuor  
 parietes ubiq. in circuitu ipsius edifi  
 cū equalis erant altitudinis: exceptis  
 p̄pugnaculis ei que aliq̄mūlu em  
 nebant altitudinē ipsius. Latitudo  
 autē int̄ ipsū edificū et splendore  
 ex p̄dicto circulo se in p̄fundū ab yf  
 si extendentē erat in uertice orienta  
 lis anguli unū palmi: alibi autē idē  
 in septentrionali et in occidentali  
 atq. in meridiana parte tanta un  
 diq. erat latitudo inter idē edificū  
 et eundē splendore: ut ei amplitu  
 dinē nullom̄ cōphendere possem.  
 Et hęc me admirante: qui sedebat  
 in throno int̄rū dixit ad me. Primum  
**U**ides que in antiquis sc̄is cū  
 de sup edificato uelut in pallere  
 apparuit: incarnato dī filio apta  
 manifestatione cū ardorib. opib.  
 ardentib. in lucē p̄cessit: q̄ndo idē  
 filius dī caduca n̄ concupiscens.  
 ea exemplo suo conculcari et eccle  
 stia amari p̄docuit: cū priores par  
 tes mundū n̄ fugientes: nec se ab eo  
 separantes: dīm simplici tamū cre  
 dultate et humili deuotione co  
 lebant: q̄a n̄ dū ut om̄a desererent  
 eis ostensū fuerat. Unde etiā qd in  
 descripta ambitū circuli qui p̄ten  
 dit de sedentē in throno montē  
 magnū coniunctū radici illius in  
 mōsi lapidis sup quē cū nube thro  
 nus eidē sedentis positus ē: ita qd  
 idē lapis in altitudinē erectus: et



quod idem mons in latitudine extensus  
 uidetur. hoc est quod in potente ac forti  
 ope potestatis superni patris quod po-  
 tenti operatur statim mons significans fi-  
 dem que magna est in uirtute palamque  
 surgens in circumscriptione abrahe et  
 ita proficiens usque in filium eiusdem super-  
 ni dei post ruinam serpentis antiqui  
 per spiritum sanctum inspirata hominibus qua-  
 tinus in bonitate patris fideliter  
 operantes usum credant omnipoten-  
